

Giovanni de Imperiis colle istruzioni contenute nella credenziale,
che qui offro tradotta, il cui testo originale darò in annotazione (1).

« Giovanni, ti comandiamo insieme col nostro Consiglio dei

(1)

M.CCCC XXXII. indict. X. die XXIX martii.

Ser Marcus Barbadio	}	capita.
Laurentius Capello		
Laurentius Donato		
Thomas Michael		
Franciscus Laureano	}	advocatores communis

Quod auctoritate hujus Consilii mittatur Johannes de Imperiis notarius noster Brixiam ad comitem Carmagnolam cum commissione infrascripta.

Johannes mandamus tibi cum nostro consilio de Decem quod de presenti vadas Brixiam ad reperiendum comitem Carmignolam nostrum capitaneum generalem cum nostris litteris credentialibus cui post salutationes et hortamina consueta expones quod quia iam sumus ad tempus quo aliquid fieri debet cum gentibus nostris pro onore et gloria status nostri fecimus et facimus multa cogitamina super modis servandis hac estate pro exeundo ad campum aut pro faciendo aliquid notabile in aliqua parte contra hostem nostrum et statum suum, sed videntes quod amodo habenda est modica spes de transitu Abdue et considerantes ea que pridem dixit viro nobili Georgio Cornario ac nunc etiam nobili viro Francisco de Garzonibus de cogitatione que sibi vadit in mentem et presertim quod in Glara Abdue et ali locis citra Abdiam modicus fructus fieri poterit quod loca illa Glare Abdue sint fortia et in fortissimo situ posita inter nemora paludes aquas et stratas valde fortes. Quod quia, Cremona est fortis et non habendo armamatam in Pado impossibile foret illam vincere vel obsidere. Et demum quod non videt quid aliud fieri posset nisi ire de loco ad locum consummendo herbas et bona hostium et dando vastum locis illis et quod fortasse obtineri possent aliqua parva et debilia loca modice importantie stamus valde dubii et perplexi quid sit agendum ut tot gentes nostre frustra non stent et ut tanta expensa quam fecimus et facturi sumus producat honorem et utilitatem statui nostro. Et inter cetera cogitavimus super ea quod alias dictum et ratiocinatum fuit. Quod fortasse multo majora et utiliora facta fieri possent ultra Padum contra Parmam Placentiam et alia loca partium illarum quam citra Padum et tantum magis quanto nobis oblata sunt et quotidie offeruntur multa partita que de facilis habere poterunt bonum effectum si essemus potentes gentibus ultra Padum et licet modus iste et ista partita nobis multum consonent tamen ut ea que fieri habent consultius deliberentur et fiant considerantes quod ipse est sufficientissime instructus de omnibus locis et conditionibus Lombardie tam citra quam ultra Padum et considerantes quod M. dominus Mantue est vicinus illis locis ultra Padum ac de ipsis habere debet plenariam informationem quandocunque opus erit habere transitum ultra Padum per passus et loca sua in casu quo deliberetur melius esse transire scientesque quod de novo construi facit quoddam laborerium in flumine Padi tam ad prohibendum ne potentia navalis ducis Mediolani descendere possit a Burgo forte infra